



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 114. Piscarius ad Cæsareos Italia pellendos a Morono sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI ut Mediolanum sibi metipſi vindicandi  
 A.C. 1525. obtentum confequeretur.

## §. CXIV.

*Pifcarius ad Cæfareos Italia pellendos  
 a Morono ſollicitatus.*

Hæc agendi ratio tantopere Hieronymum Moronum Mediolani Cancellarium commovit, ut Franciſcum Sfortiam in hujus Ducatus poſſeſſione firmare, conſtanter animo conſtitueret, & hanc ob rem Cæfareos penitus ex præfata urbe expellere moliretur, qui etiam ſub idem tempus opportune intellexerat, Piſcarium Marchionem Cæſari indignari, eo quod ei Carpienſem Principatum denegaſſet, illumque Veſpaſiano Columbæ dono dediſſet: Hujus igitur iram, averſumque animum in rem ſuam vertere, eumque ad ſua conſilia pertrahere ſtudebat, huncque in finem eundem rogabat, ut patriæ ſuæ, priusquam ab exteris penitus opprimeretur, vindex ac liberator exiſteret. Præterea eidem exponebat, Sfortiæ nonniſi nudum Ducis nomen relinquere, nec alia, quam ut exercitui Cæſareo ſtipendia numeraret, auctoritate frui, interim tam ipſum quam ejus ſubditos ad extremas redigi anguſtias ob immodicam auri vim, quam Cæſar pro diplomate exigere; inſuper adde-

*Ant. de Ver.  
 hiſt. de Charl.  
 V. p. 122.*

addebat, quod ad excutiendum fervitu-  
 tis jugum Italis haud vires deficerent,  
 dux vero, qui præiret, deesset, popu-  
 laresque sui exterum dominium pertæsi  
 Piscarium pro suo Principe exoptarent,  
 eoquod inter Neapolitanos Proceres po-  
 tentia ac divitiis nemini secundus esset;  
 rem ceteroquin nullius ferme negotii es-  
 se ajebat; cum Papa, Veneti ceterique  
 Italiæ Principes libenti animo, totis-  
 que viribus suppetias ferrent, imo  
 ipsa etiam Francia præsto futura foret,  
 nec minus Angliæ Rex aliunde Cæsari  
 infensus existeret, ut proin ejus arro-  
 gantiam tandem supprimi, summopere  
 gavifurus sit. Piscarius ejusmodi pro-  
 positionem non sine ingenti stupore ex-  
 cepit, nec tamen illam penitus rejecit,  
 sed ex Cancellario sciscitabatur, cujus  
 jussu hæc ipsi proposuisset: reposuit Mo-  
 ronius, Papam Venetosque datæ fidei  
 sponsores fore; nec minus idem quoque  
 firmari curaverat per Mentebonam su-  
 um a secretis ministrum, quem Roma  
 evocavit; adstipulabatur etiam Sigis-  
 mundus Santus, qui idonea agendi fa-  
 cultate instructus, Venetiis ex industria  
 huc advenerat.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1525.

1525. g. 2. d.